



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.  
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII**

De captiuitate Christi Theo. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

ram, & pro omnibus vigilar, dormientibus etiam sibi amicissimis, hoc est, ipse  
 Matth. 26. qui se in carcerem & mortem cum eodem ituros spondederant, neminem ha-  
 beret qui secum vigilet. Siquidem veniens ad Apostolos, inuenit eos dormientes.  
 Marc. 14. omnesque in vno corripit, dicit ad Petrum: Simon, dormis? Num dormis nunc  
 nunc tempus est? Nonne pauld ante mecum intrare volebas in carcerem &  
 mortem, & nunc vna hora non potuisti vigilare mecum? Haud quaquaro  
 ostendis, quod promiseras verbo. Nam si vna non potes hora mecum vige-  
 re, quid facies morte imminente? Cognosce vel modo animi tui infirmitatem.  
 Simon veteri appellatione cur Petrus a Iesu vocatus. Matth. 26. Vide hic quoque quod Petrum vocat Simonem, cui tamen nomen ante im-  
 fuerat Petrus, quod erat nomen potestatis atque superioritatis, subindicans  
 illi nomen non quadrare modo, quia non potuit, quod erat pastoris, vigilare.  
 Deinde omnes admonens: Vigilate, inquit, & orate, vt non intretis in tentationem.  
 Vigilate, estote cauti ac prudentes, & omnem vobis occasionem ruinæ subtra-  
 hite: nec tamen tunc victores existimate vos, nisi de vobis, etiam cum omnia  
 feceritis, diffidatis: & desuper, hoc est, cœleste auxilium custodiamque orando  
 impetraueritis, ne intretis in tentationem. Nisi enim Dominus custodierit con-  
 Matth. 26. tatem, frustra vigilat qui custodit eam. Spiritus quidem promptus est, volens patien-  
 ro autem infirma, passionis acerbiteratem expauescens.

Precatio pro fortitudine ac resignatione.

**P**re Iesu, da nobis animi fortitudinem, & in omni pressura angustiæ, nos conser-  
 ua, vt mente alacri atque prompta deuotione, de manu tua quicquid superuenerit,  
 suscipiamus: nullaque tentatione aut aduersitate à te separari valeamus,  
 qui es benedictus in eternum, Amen.

DE CAPTIVITATE CHRISTI. Theorema VIII.

ARGUMENTVM.

**Q**ui Hebræam gentem sexenunero captiuam miser-  
 tus liberauerat, utpotè qui omnium est captiuorum li-  
 berator, nunc ab eadem gente capitur, vincitusque ab-  
 ducitur.

IESVS UT SIT OMNIUM AD SE CONFVGIEN-  
 rium liberator potentissimus. Concio VIII.

4. Reg. 25.

Ioachim re-  
 gis captiui-  
 tas & libera-  
 tio vnde.

4. Reg. 14.

2. Paral. 33.  
 Manassis  
 pœnitentia  
 quid impe-  
 trauit.

**I**n quarto Regum volumine legimus, Joachim regem Iuda anno captiui-  
 tatis suæ sexto supra tricesimum, liberatum eductumque de carcere per Eul-  
 merodach Babylonis regem, vestibusque cultioribus honoratum, & supra  
 ceteros exaltatum reges, factumque conuiuiam regis Babylonis: Deo haud du-  
 bium illi providente, qui humiliat & exaltat, præsertim quia voci Domini  
 per prophetam sibi factæ olim obedierat Joachim, & nihil repugnans, capti-  
 uum se regi Nabuchodonosor tradiderat. Quomodo autem Joachim regem  
 omnium miserator & misericors Dominus ex captiuitate liberavit, glori-  
 cauitque liberatum: ita iam diu ante eiusdem auium Manassis regem, nimis de-  
 cinorosum, & propter scelera sua similiter in Babylonem, vincum catenis  
 abductum, liberavit: tum videlicet, cum in carcere positus idem Manassis  
 præce-